



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 180. Postulata Felicis ad Synodum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. modi altercationibus absumeretur, nihil
A.C. 1441. omnino hac super re decisum fuit.

§. CLXXX.

Postulata Felicis ad Synodum.

Sub idem tempus pari quidem pertinacia, feliciori tamen successu dirempta servebat disceptatio, cum a Basileensibus postularet Felix, ut sibi, quoniam alias ex Pontificatus sui proventibus nil omnino acciperet, ad dignitatis suæ onera sufferenda unam concederent Ecclesiam, monasterium unum, unumque aliud beneficium in Sabaudiæ Ducatu, nomine Synodi tamdiu obtainienda, donec potiorem ex Romanæ Ecclesiæ bonis partem recuperaret. Basileenses circa hoc Felicis postulatum diu deliberabant: ægerrime tamen hunc ei favorem non nisi summis, quos Felix habebat, amicorum precibus devicti, post maximam animorum contentionem concedebant. Præterea statuebant, Felicem reservationibus, ut vocant, in Sessione trigesima prima stabilitis potiri posse: Cum vero frequentes afferrentur querimonias adversus illos, qui literas Apostolicas expediri solent, quod pro suis laboribus immodicas exigerent pecunias, hoc super negotio

negotio diu deliberatum, conclusum ni- Sæcul. XV.
hil est, illis contendentibus, honoraria, A.C. 1441.
quæ exegissent, nequaquam limites a _____
Joanne XXI. summo Pontifice decretos
excedere.

§. CLXXXI.

Alphonsus Felicis obsequio additus.

Delatæ sunt Mense Octobri ad Basileen-
sis Synodi Patres literæ, quibus Al- Aug. Patriæ
p. 1596.
phonsus sex regna sua Felicis obedientiæ
submittebat, simulque fidem dabat, se
multa alia, eaque longe ampliora præsti-
turum, si ad eum Legatus a latere decer-
neretur. Ergo Joannes de Segovia di-
ctus Cardinalis S. Calixti hoc dignitatis
gradu auctus est, dataque eidem per uni-
versam Italiam & adjacentes Insulas am-
plissima potestas. Præcipue eo decerne-
batur, ut in ipsis Provinciis tum Basileen-
sis Synodi æquitatem deprædicaret,
& ad obedientiam Felicis Papæ quos-
cunque alliceret, tum denique, ut Al-
phonsum inter & Renatum Andegaven-
sem, pacis conciliatorem ageret.

§. CLXXXII.

Bohemorum Oratorum postulata.

Ultima jam Mensis Octobris fluebat
dies, cum Pragensis civitatis, & Ul-
Tt 2 rici